

Leben des Abtes Franz Hertenstein von Ettenheim-Münster.

199

comiti in Salm, domino in Reifferscheid, decano et administratori episcopus Argentinensis, miserrimum monasterii statum notum facere, qualenus et ipse nos afflictissimos tutela sua gratiose protegere velit. Pro hoc beneficio deus, honorum omnium remunerator, reverend. vestram paternitatem quoad temporalia et spiritualia diutissime cum summa prosperitate in hac vita beatificare dignetur, tandemque coelestibus omnium beatorum gaudiis affluentissime remunerari, pro quibus consequendis reverend. paternitatem vestram humillimis nostris precibus divinisque officiis omnipotenti iugiter commendare non cessabimus. E coenobio nostro Ettoniano die decimo Septembris 1634. Reverend. paternitatis vestrae obedientissimi p. Constantinus III, supprior. p. M. Stephanus, cellerarius. p. Sebastianus Scriba, parochus in Ettenheim.

Abtschrift in dem Ettenheim-Münster'schen Briefbuche Nr. 7 (Copeibuch Nr. 329 *).

9. Brief des Grafen Herman Adolf von Salm an den Abt Martin von Ebersmünster, d. d. Bensfelden, 27. October 1634.

Dem ehrwürdigen geistlichem unserm besonders lieben f. Martino, Abten des Gotteshausß Ebersheim-Münster Schlettstatt.

Herrn Adolf Graf zu Salm, Herr zu Mefferscheidt, Bettbur, Dück, Alfter, undt Hockenbruch, hohen Stifts Straßburg Statthalter General.

Unser Gruß undt geneigten Willen zuvor ehrwürdig, geistlich, lieber besonders u. s. w.

Was er wegen Todtsfall gewesenen Prelatens zu Ettenheimmünster und drauff nothwendiger neuer Wahl, wie auch wegen der vacirenden Pfarr zu Ettenheimb an uns geschriben, haben wir zu recht empfangen. Wann dan nunmehr Gott lob es dahin gerathen, daß sie ihren Gottesdienst wider vermeinen abzuwarten, als ist unser Meinung, daß er sich nach dem Stifft oder Gotteshausß Ebersheimmünster verfüge, undt mit der Wahl eines andern Prelaten ohne weiterm Verzug verfare, doch aus unserm Befelch unserm Probst zu Zabern undt Chorkönig dessen advisiren, daß er wo möglich der Election beywohnen undt solches nicht zu ihrem Nachtheil, sondern damit ins künfftig an vorgangener Wahl nichts zu bereden undt zu tablen seye.

Die vacirende Pfarr zu Ettenheim belangend, geben wir ihm darauf zu vernehmen, daß solche Collatur durch Absterben Herren von Griedlingen, seeliger Gedächtnus, einem Thumbcapitel hohen Stiffts Straßburg zugefallen

undt wir darinnen kein praejudicium, undt doch so viel als uns zu Restaurirung seiner Kirchen ihm gern willfahren wolten, als haben wir solches mit der Condition bewilliget, wie auß beghliegendem Schein zu sehen. Uns hiermit allerseits Gott empfehendt, undt bleiben ihm mit gnädigem Willen gewogen. Geben Bensfelden, den 27. October 1634.

Sein geneigter Hermann Adolf Graf zu Salm.

Gleichzeitige Abtschrift in dem Ettenheim-Münster'schen Briefbuche Nr. 7 (Copeibuch Nr. 329 *).

10. Brief des Priors Placidus Vogler an den Abt Martin von Ebers-Münster, d. d. Ettenheim-Münster, 31. October 1634.

Reverendissimo in Christo patri ac domino, domino Martino, Aprimonasterii abbati dignissimo, congregationis beatae Mariae virginis Alsaticae Benedictinae visitatori meritissimo, domino Maecenati, summa semper observantia prosequenti. Reverend. in Christo pater, amplissime praesul, ex animo precamur paternitati vestrae pacem et omnia prospera. Pro paterna cura et sollicitudine, quam reverend. paternitas vestra pro nobis semper gessit geritque constanter (ut ex relatione reverend. patris nostri cellerarii percepimus), humiliter fatemur summo nos beneficio devinctos et quia impares ad gratiarum actiones debitas persolvendas, votis, precibus, sacrificiis apud deum cunctipotentem pro reverend. paternitate pro ipsius conventu assidue instabimus, ut quod in nobis deficit, omnium largitor honorum cumulatissime supplere dignetur. In omnibus, quae reverend. sua paternitas ad bonum nostrum novique abbatis electionem paterne suggestit, nos obedienter submittimus, humiliter cum summa gratiarum actione amplectimur, sperans convocatis nostri conventus fratribus ad 13 diem Novembris apud reverend. paternitatem vestram Selestadii electionem prosperum successum habituram, pro qua divina bonitas gratiam suam largiri dignetur praesentium lator Tabernas* proficiscitur acturus, quae pro electione ulterius necessaria fuerint procul dubio a reverend. paternitate vestra informari, qualiter rem debeat urgere. In caeteris, quae videbuntur necessaria ad nutum et voluntatem reverend. paternitatis vestrae nos omnes obedienter conformabimus, deum obnixe rogantes, ut ipsi vitam suam, pacem, rerumque omnium prosperitatem in terra, tandemque sempiternam in coelo dignetur retribuere. E coenobio nostro Ettoniano 31. Octobris anno 1634.

* Cissaßzabern.